quas mandebant involutas eam Et dixit angelus
paulo iste sunt false puelle que non servaverunt
virginitatem eam Postea vidit viros et mulieres et
positas eas ante eos cibus dulcissimus et non po
terant ex eo qui sunt Et interrogavit paulus an
gelus ait hii sunt qui ieiunia temporis post tempus
solvunt et non servaverunt castitatem Et postea
vidit mulieres in loco glaciaoso et ignis urebat
eas et alie alie stringebat hii sunt qui orpha
nis et viduis noluerunt subvenire Postea vidit
alium locum locum celsum ubi erant mulieres induto
in nigris pannis et pice et sulfure et serpentes
pendebant circa eas et angeli ignei cum cha
tenis igneis percutiebant eas Et dixit ange
lus paulo iste sunt que necaverunt infantes et
in flumine iactaverunt et iiii angeli videbantur
eam stantes et increpabant eas dicentes cog
noscere filium dei qui vos redemit suo sang
wine Et tunc flevit paulus ve ve vobis
ve quod nata fuistis Tunc dixit angelus
paulo quid ploras paule adhuc non vidisti
peiora et ostendit ei puteum per puteum sigilla
tum vii sigillis stat et ait illi sta in loco
isto et vide si potens sis ferre fetorem istius
putei sustine modicum stetit et statim apertus est
os et exiit fetor quidam durus peior est omnibus
penis et vidit motos ignes igneos iactantes
exeuntes per flammas igneas dubles valde et
angelus paulo siquis mittitur in hunc puteum
numquam fiet memoria eius adeo hii sunt qui
baptizati fuerunt et baptismum corruperunt et per
missa opera perdiderunt et sicut sunt pagani quia
aliquo modo in aliis omnibus mansuerunt usque